



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae

Diertins, Joseph

Solisbaci, 1708

Med. 30. Ejusdem Myst. punct. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60232)

VOL. Anhelemus ad fructus Spiritus Sancti, inter quos est *patientia*, quæ maximè necessaria est in sequendo, & premendo Christi vestigia.

PUNCTUM VI. Quid Nos. MEM. Tandem B. Virgo cum aliis reponit corpus Christi, & includit in Sepulchro.

INTEL. Cogitemus, quomodo illi omnes modo ad sepulchrum, modo ad crucem respectaverint, & quos affectus elicuerint. **REFL.** Nos quoque eadem cordi nostro imprimamus, memores, quod Christus mortuus, & sepultus sit, ut deleret, quod *adversus nos erat Chirographum decreti.* Coloss. 2. idque ex amore erga nos.

VOL. Conjugamus affectum amoris nostri erga Christum cum illo B. Virginis, & aliorum, qui Christo obsequium præstiterunt deponendi, & sepeliendi: & in signum veri amoris, & perfectæ contritionis, offeramus illi tertium humilitatis modum.

COLLOQ De eodem tertio modo. **RECOLLECTIO.**

MEDITATIO XXX.

De Mystero sepulture. Ibidem.

Myst. punct. 3.

CONG. Solita.

PRÆL. I. Quomodo Sepulchro adhibiti sint custodes.

PRÆL. II. Intueri Sepulchrum clausum.

PRÆL.

PRÆL. III. Petere gratiam patiendi, & adhærendi Christo mortuo, & sepulto.

PUNCTUM I. PERSONÆ MEM. *Post Parasceven convenerunt Principes Sacerdotum, & Pharisei ad Pilatum.* Matth. 27.

INTEL. Consideremus illos Principes Sacerdotum, & Phariseos, qui cum alii ab illo spectaculo redirent pleni compunctione *percutientes pectus sua*, Luc. 23. ipsi reduces manebant pleni pertinaci invidiâ, & odio in Christum, quæ invidia nascatur ex superbia, quæ superbia radicata erat in cupiditate divitiarum, & honorum. REFL. Concludamus hinc, quàm verè dicatur: quod ex præcipuis illis tribus tentationum gradibus, *in alia vitiorum genera omnia, præceptus fit decursus.*

VOL. Confugiamus ad affectus Meditationis de 2. vexillis.

PUNCTUM II. VERBA. MEM. Pharisei illi dicebant Pilato: *Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens.* Matth. 27.

INTEL. *Seducitor ille, hoc appellabatur nomine Dominus Jesus Christus, ad solatium servorum suorum, quando vocantur seductores,* inquit S. August. in Ps. 63. REFL. Equum est nos horum meminisse, dum similia de nobis dicuntur.

VOL. Hic iterum nos firmemus in affectibus præteriti puncti, optantes virtutes contrarias tribus tentationum gradibus.

PUNCTUM III. OPERA. MEM. *Ait illis Pilatus: P* habetis custodiam; ite; custodite sicut scitis. *Illi autem abeuntes, munerunt sepulchrum signantes lapidem, cum custodibus. Matth. 27.*

INTEL. Sic illi pugnabant contra resurrectionem Christi: & *Principes convenerunt in unum adversus Dominum & adversus Christum ejus. Psal. 2.* REFL. Nos verò perpendamus quàm stultum fuerit hoc consilium. Nam *non est consilium contra Dominum. Prov. 21. ideoque qui habitat in Cælis, irridebit eos. Psal. 2.*

VOL. Nos sub vexillo Christi, magnos animos concipiamus contra omnes terrores adversariorum, juxtà Regulas de dif. spir. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Pl. 2. In te Domine speravi, non confundar in aeternum. Psal. 70.*

PUNCTUM IV. QUID PATIATUR. MEM. Recol- ligamus omnia hæc in mysterio sepul- turæ peracta.

INTEL. Ratiocinemur Christum modo quodam certo, non cessare à patiendo etiam post mortem. Nam manet in summâ paupertate, ut in alieno etiam sepulchro debeat sepeliri, & alienis sumptibus. Patitur in honore, dum vocatur seductor. Patitur persecutionem: dum muniunt sepulchrum contra resurrectionem, & dum corpus ejus ipsis hostibus datur custodiendum. Patitur in dilectissimâ suâ Matre, & Discipulis suis, derelictis in summâ solitudine & afflictione, &c. REFL. No- strum est ità constanter, & usque ad finem cum

Z Christo

Christo pati, ut etiam dicere possimus, *consummatum est*. Joan. 19.

VOL. Pudeat nos hærere in primâ aut secundâ hominum classe. Nam illi numquam dicere possunt *consummatum est*.

PUNCTUM V. QUID DIVINITAS. MEM. Eadem re cogitemus, quæ in priore puncto.

INTEL. Ratiocinemur, Divinitatem etiamnum latere absconditam: & hæc omnia permittere: ut de passione Christi possit dici: *consummatum est*, & *ut adimplerentur scripturae*. Matth. 26. REFL. Hoc sanè deberet nos urgere, ut constituamus nos firmo proposito in tertiâ hominum classe, & ut non tantum verbo, sed opere & veritate Christo compatiamur.

PUNCTUM VI. QUID NOS. MEM. Non avertamus mentem à jam dictis.

INTEL. Perpendamus hæc omnia contigisse, ex dilectione Dei erga nos, *cum adhuc peccatores essemus*. Rom. 5. *Non ex operibus justitiae, quaefecimus nos; sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit*. Tim. 3. REFL. Quid nos ad tantum amorem?

VOL. Cum perfectâ contritione totos nos effundamus in affectus tertii modi humilitatis.

COLLOQ. Conformia, identidem renovemus.
RECOLLECTIO.

REPETITIONES, modò partis, modò totius passionis fiant, prout annotatur in fine hebdom. 2. ante Regulas de victu. Item SENSUUM APPLICATIONES.

FINIS HEBDOMADÆ TERTIÆ.
HEBDO.